Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26227
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Certo quidem peccatores ita conflat et colat in columna ignis nos per
dere dicit. et hi in nocte uiciorum. scilicet et peccatorum. ut enim per diem ortum gratie.
ita per noctem peccaminum obtenebratio intelligitur. quam adventum
saluatoris per quem mundum inuoluit. quemadmodum sedentibus in regi
one umbre mortis. lux fuerat orta. Secta mors hic intelligitur. quae erit
in inferno. cui umbra sunt uitia et peccata. Regio quidem umbre mortis reg
num peccati. regio dissimilitudinis intelligitur. Qui quidem a peccatis resurgit
quia animas mortificant. in secundam mortem non cadunt. Vnde iohannes.
Beati qui habent partem in prima resurrectione. in his secta mors non habe
bit potestatem. Prima resurrectio est a te auctus. secta erit corpus
a morte excurgentis. De ipsa ait apostolus. Surge qui dormis. et exsur
ge a mortuis et illuminabit te xristus. et salomon. usque pigrie dormis.
usque de somno non consurgis. De hoc somno et de torpore carnalium
uoluptatum. de nocte uiciorum et ignorantie nemo surgit. nisi domino
per gratiam suam excitante et illuminante. nam dei ueritatis dicit.
Ingredientur multi per eam et non resistentur per se. immo dei gratia pueni
ente et adducente eos. Certo quidem angelis fortis in columna ignis
filios israel in nocte processisse dicit. quia uirtute diuinitatis uincula
peccatorum i electis diruperat. erat in capite eius dicitur in homine.
deus enim erat in xpo. mundum sibi reconcilians. et facies ei erat ut
sol. et pedes ei tamquam columna ignis. facies angeli illuminantur
in qibus relucet dei imago et similitudo ut in contemplatiuis qui sunt sol.
quia eorum conuersatio est in celis. qui lucent in medio huius prue et peruersi
nationis tamquam luminaria fixa in firmamento celi. qui effundentes sup
se animam. transeunt per locum tabernaculi admirabilis usque ad do
mum dei in uoce exultationis et confessionis. epulantis. Pedes ut actiui sunt firmi in
fide. aliorum necessitati ministrantes tenui uentris. et habam seruitium
hominum per curantes quemadmodum martha sollicitus est circa ministerium. et turbatur
circa plurima uolentes quod non ualet. et non uoluntas deficiente facultate pro
facto eis computatur. Hii sunt qui columna ignis qui spiritu sancto accensi. aliorum
indigentiam releuant et adhuc alios suo exemplo accendunt.

Ad Samaritanum in ad ait ad mandatum